Pars pluuie vt īscribit̄ qtti die in Almanach sic inuenitur subtrahat̄ motus ☉ q̊libet die a motu ♄ ⁊ qd remanet addat̄ sup motū ☽ ⁊ in quo signo terminat̄ illa die ē ps pluuie ⁊ scdʒ naturā illius signi ⁊ naturam planete dominantis fit significatio pluuie. Si em̄ ps pluuie cadit in aliquā domorum. ♀ vel ☽ signat hoc humiditatē ayre ⁊ pluuie. Si ī domos ♃ vel ☿ disponit p vento. Si in domos ♄ aeris turbationē ⁊ mutationē efficiet.

Signa pluuiosa scdʒ intētionē sapiētū antiquoꝝ sunt signa aquatica vt ♋ ♏ ♓. Luna em̄ ī eis discurrens humiditatē aeris oñdit vt lacius dicet̄ in regulis que dabūtur de mutatiōe ayre Sic ⁊ signum ♒ sil'r certi gradus: in signo ♌ sic ⁊ finis ♑ ⁊ signū ♐ marie quo ad eius finem in his em̄ locis ⁊ signis sunt stelle nebulose que aeris variationē ⁊ mutationē inducūt. Joānes Hispalensis in suo quadripriti oñdit q̄ sunt certi gradus in 12. signis zodiaci q̄ si p aspectū ☍ vl' □ planete pluuiosi aut p ☌ ☽ corpale irradiati fuerit aeris humiditatē presignāt ⁊ sunt hij.

G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G
♉	♉	♌	♍	♎	♎	♎	♏	♏	♒	♓	♓
6	21	21	4	1	13	25	9	22	20	4	18

¶ Dant multas pluuias gradus isti dum radiantur ☍ □ p aspectum pluuiosi.

Differētia qnta de stellis nebulosis que ayre mutationē ⁊ diuersitatē iuxta antiquoꝝ sapientū expiētias habent efficere. ¶ Prima est extremitas septentrionalis letoris pliadū que est in 21. g̃. ♉ 30. m̃. Latitudo eius 4. g̃. 50. m. septētrionalis d' natura ☽ ⁊ ♂ Tota tn̄ imago pleiadū humiditatē presignat: vn̄ ⁊ dicūt pleiades quasi pluuiades. ¶ Scd'a est stella alia cū alijs sibi annexis añ pleiades modicū añ pleiades versus occidente in 13 g̃. ♉ m̃. 40. Latitu. 9. g̃. 0. m̃. quarte magnitudinis septentrionalis de natura ♂ ⁊ ☽.

¶ Tercia stella nebulosa est in 29. g̃ 30. m̃. ♋. Latitudo 0. g̃. 40. m̃. de natura etiā ♂ ⁊ ☽. ¶ Quarta nebulosa est in 14. g̃. 0. m̃. ♍. Latitudo 30. g̃. 0. m̃. de natura ♂ ⁊ ☽. ¶ Quinta nebulosa est in 20 g̃. ♐ Latitudo

x3.g̃.5.m̃.de natura ♂ ⁊ ☽ ¶ Sexta que est sup hastaꝫ sagitte in 23.g̃. 40.m̃.♓.Latitudo 6.g̃.30.m̃.septẽtrionalis magnitudinis tercie ꝺ natura ☽ ⁊ ♂. ¶ Septima nebulosa ẽ in 4.g̃.20.m̃.♑.Latitudo 0.g̃.45.m̃ de natura ☉ ⁊ ♂. ¶ Octaua est nebulosa in capite sublimati vel audacis.i.orientis in x6.g̃.♊.m̃.10.Latitudo x8.g̃.50.m̃.de natura ♂ ⁊ ☽. Hee sunt stelle nebulole ꝑ expiencias antiquoꝝ obseruate que mutationẽ aure ⁊ diuersitatẽ iducũt.Cuꝫ ergo ☽ illis stellis ꝯiungit᷑ corpaliter aeris mutationẽ inducit.Est aũt latitudo stelle distantia stelle a loco ☉ vel linea ecliptica sub qua ☉ ſp mouet᷑. Uñ ille stelle q̃ directe sunt in via ☉ vel in ecliptica nõ habẽt latitudinẽ.Sed ille que declinãt versus septentriõeꝫ dicũt᷑ habere latitudinẽ septentrionalẽ.Ille vͦo que declinãt versus meridiẽ dicũt᷑ habere latitudinẽ meridionalẽ.Que auteꝫ stelle fixe dicũt᷑ fortioris influxus et quõ stelle fixe sexduplicẽ dicũt᷑ habere magnitudinẽ:⁊ de numero earũ ꝙ ꝯplexionẽ dicet᷑ inferius.Longitudo aũt stelle est distãtia stelle a pͥncipio ♈. ¶ ♈ em̃ est principiũ zodiaci:licet em̃ in circulo nõ est principiũ reale:est tñ principiũ virtutis ⁊ assignatiõis:q̃a cũ ☉ est in ♈ maiorant᷑ dies supra noctes: ⁊ om̃ia incipiũt germinare ⁊ crescere:astronomi ponũt principiũ zodiaci signũ ♈ ¶ Cõsideratio pulcra Ptho. ⁊ Halihabenrodani quadripriti capitulo nono de stellis fixis ostendũt ꝙ oẽs stelle de natura ☽ ⁊ ♂ sunt nebulose ⁊ corruptiue visus:⁊ hoc ẽ ꝓpter diuersam ꝯplexionẽ ⁊ ꝯtrariã illarũ stellarũ. Rõe em̃ ☽ sunt frigide et humide;rõne aũt ♂ sunt sicce ⁊ calide.vñ ⁊ ꝓpter illã diuersitatẽ aeris mutationẽ ⁊ turbationẽ.cũ ☽ eis coniũgitur corpaliter efficiũt.

Differẽtia sexta de centris ☽ quoꝝ ſcia est necessaria in diuersitate ⁊ aure mutatiõe cognoscenda. Inq̃t Auensaorasar centrũ ☽ ꝑsica lingua noĩatur a Corbis:corrupto aũt noĩe vocatur Athazir. ¶ Centrã ☽ sũt x2 ¶ Primũ qñ ☽ est distans x2.g̃ a g̃. ☌. ¶ Scd̃ꝫ.Centrũ est g̃.☌ met. ¶ Terciũ qñ ☽ iterũ distat x2.g̃ a g̃. ☌. ¶ Quartũ qñ ☽ est in aspectu ⚹ primo post ☌. ¶ Quintũ ẽ aspectus □ primus post ☌. ¶ Sextũ qñ ☽ ẽ in aspectu △ primo. ¶ Septimum qñ ☽ est x2.g̃.añ ☍. ¶ Octauũ est ipemet g̃.☍. ¶ Nonũ est x2.g̃.post ☍. ¶ Decimũ est aspectus ⚹ post ☍. ¶ Undecimũ ẽ aspectus □ post ☍. ¶ Duodecimũ Centrũ est △ aspectus post ☍. In his autẽ centris Athasar vel Acorbis ☽ considerare debet diligenter qualia sunt illa centra an humida sicca vel tꝑata scd̃m hoc em̃ erit variatio aeris ⁊ mutatio

Differentia septima de 28 mansiõibus ☽. Cũ em̃ ☽ in illis mansiõib⁹ discurrit variationẽ aure ⁊ mutationẽ inducit. Indi diuiserũt totũ circulũ signoꝝ in 28 ꝑtes quas mansiões ☽ dixerũt ꝓpter hoc q̃a fere q̃libet mansio x m̃ continet in zodiaco quãtũ ☽ mouet᷑ in vno die:experiẽtia etiã cognouerũt quasdã mãsiões eẽ humidas quasdã tꝑatas: ⁊ quasdaꝫ siccas scd̃ꝫ em̃ Joannẽ Hispa.ꝑte.j in quadrip.xj.sunt mãsiões tꝑate xx hũide ⁊ 6.sicce quaꝝ mãsionũ principia ⁊ ꝯplexiões distincte habẽt᷑ i dictiõibus sequẽtib⁹.ſi ꝙ q̃libet dictio vnũ signũ repñtat in qua mansiões

Differentie 7.

lune iuxta infra scriptas facile computant̄.

13 ♈ 26 9 ♉ 22 5 ♊ 18 30 13 ♋ 26 9 ♌ 22 5 18 30 ♍

Tharsas Tethas Sithabas Thisas butas butaras

13 ♎ 26 9 ♏ 22 5 ♐ 18 30 13 ♑ 26 9 ♒ 22 5 ♓ 18 30

bashis bysas bobaras butas tharsas siataspos.


IN istis dictiōibus prima littera cuiuslibet dictiōis ꝑcat q̄litatē vnius mãsiōis q̄ q̄litas cuiꝰ signi sit ⁊ inq̄ gradu finit̄ supiuscū numero signa tū est. Iniciū em̄ mansiōis seq̄tis a fine: vel numero mansiōis ꝑceden tis ꝯputat̄ vbi ergo in dictiōibꝰ cōputat̄: vbi ergo in dictiōibus ponit̄ T. ꝑcat ꝙ mansio ꝑ primã litterã intellecta ē tpata. Si aūt ponit̄ ibi S ꝑcat eã esse siccã. Si ponit̄ b ꝑcat ꝙ talis mansio est humida: ꝑcat autē aure mutatio ⁊ variacio cū ☽ In his mansiōibus inuenta fuerit iuxta mãsionū qualitates. In q̄t em̄ auctor sūme Anglicane ꝙ q̄dē astrologorū solū ponūt mãsiōes 27 ⁊ ita cederēt cuilibet mansiōi ꝑcise 13. g̃. ⁊ 1. tercia pars. 28 aūt nō ponunt q̄a tūc ☽ est sub radijs ☉ Sed illi q̄ ponūt 28 mansiōes scd̄m eos cuilibet mansioni cedunt 12. gradus 51. m̄. 26. fere scd̄a ¶ Ut clarius hec oīa intelligas quere tabulã mansionū ☽ in tractatulo de mutatiōe aure.

DIfferentia 7. de quindeci stellis prime magnitudinis quarū verificatio facta est Anno dñi 1499. quarum scia est necessaria ꝑ ꝯplemēto huius scie vel ꝯpēdij ⁊ ad mutationē aure prenosticandū. ¶ Pria stella prime magnitudinis est Azimech q̄ ⁊ Alramech vel Arthophilax dicit̄ in 16. g̃ ⁊ 18. m̄. s̄. ♎. Latitudo eius 2. g̃. 0. m̄. Me. de natura ♀ ⁊ parū ☿ ¶ Secūda est Vltur volãs in 6. g̃. 58. m̄. s̄ ♑ Cuiꝰ latitudo est 62. g̃. S. de natura ♀ ⁊ ☿. Et hoc apd̄ alios d̄r wega Lyra vexillū vel timpanū. ¶ Tercia est Alharoth vel Hircus retinēs habenas siue Auriga in 14. g̃. ⁊ 38. m̄. s̄. ♊. Cuius latitudo est 22. g̃. 30 m̄. S. de natura ♂ ⁊ ☿ Alij tñ dicūt veriꝰ ꝙ sit de natura ♃ ⁊ ♂. Quarta est lucida q̄ declinat ad colorē rubeū ⁊ est oculus ♉ que d̄r Aldeboran ⁊ est in 2. g̃. ⁊ 18. m̄. s̄ ♊. Cuius latitudo est 5 g̃. 10. m̄. M. de natura ♀ ⁊ parū ☿ verius tñ est de natura ♂ vñ ⁊ rubea existit. ¶ Quīta ē cor ♌ scd̄z rei veritatē in 22 g̃. ♌ 8. m̄. licet alij dicūt ꝙ sit in 21. ♌. Eius latitudo est 0. g̃. 10. m̄. S. de natura ♃ ⁊ ♂. Vñ ⁊ dicūt astrologi ꝙ occasione huius stelle inuentū est studium astronoīe. ¶ Sexta q̄ ē sup extremitatē caude ♌ 14 g̃. 47. m̄. Latitu. eiꝰ 11. g̃. 50. m̄. S. de natura ♀ ⁊ ♄ ⁊ parū ♂. veriꝰ tū ☿. ¶ Septia ē spica siue stella xpi in 15. g̃. 50. m̄. s̄. ♎. Latitudo eiꝰ 2. g̃. 0. m̄. M. in 19. g̃. 28. m̄ ♒: La. eiꝰ 23. g̃. 0. m̄. M. d̄ natura ♄ ⁊ ♃ ¶ ix. est lucida q̄ est sup humerū dextrū oriōis in 21. g̃. 38. m̄. ♊. Lati 17. g̃. 0. m̄. M. de natura ☿ ⁊ ♂ ¶ x. est lucida in pede sinistro eiusdē oriōis in 9. g̃. ♊. 28. m̄. ⁊ aliq̄ noīant rigel. La. eiꝰ 31. g. 50. m̄. M. d̄ natura ♃ ⁊ ♄ alij dicūt parū ♂. ¶ xj. q̄ ē in extremo fluminis in 14. g. 2. m̄. ♈. La. eiꝰ 51. g. 36. m̄. d̄ natã ♃ ⁊ ♄ M.

¶ Duodecima que est in ore ♌ in 7
g. 18 m. ♋. Latitudo 39. g. 10. m.
meridionalis de natura ♃ ꝛ parum
♂. ꝛ dr Alhabor maria stellarũ post
☉ dr etiã canis sydus sequẽs lepo-
rẽ. ¶ Tredecima est Algumeisa in
18 g. ꝛ 48. m. ♋. Latitudo eius est
16. g. 10. m. meridionalis ꝛ est d na
tura ☿ ꝛ parũ ♂ ꝛ dr canis minor.
¶ Decimaquarta est lucida ꝛ dr ca
napus ꝛ ẽ in 6. g. 24. m. ♊ Latitudo
eius est 9. g. 0 m. meridionalis d na
tura ♄ ꝛ ♃. ¶ Quindecima que su
per extremitatẽ pedis dextri centa-
uri 17. g. 30 m. ♎ Latitudo eius 1.
g. 30. m. meridionalis de natura ♃
ꝛ ♀. Hee sunt stelle 15 prime mag
nitudinis que maiorem vim ceteris
stellis in hũc mũdũ habẽt inferiorẽ

Differentia 8.

de aspectibus pla-
netarũ ꝛ quid sit as
pectus: ꝛ qui amici
cie: ꝛ qui inimicicie
Aspectus est certa
distantia planetarũ in 12. domibus
vel signis zodiaci in quibus se pla-
nete iuuãt vel impediũt notabiliter
In aspectibus eñ bonis planete se
iuuãt ꝛ in malis se impediũt: sunt ãt
aspectus quatuor ⚹ △ □ ꝛ ☍ As-
pectus ¶ ⚹ Est qñ planete distant
a se invicẽ ꝑ sextã ptẽ circuli hoc est
2 signa vt cũ ☉ est in ♈ ꝛ ☽ in prin
cipio ♊ ꝛ hic est aspectus cõcordie
ꝛ amicicie impfecte. Nõ q̃a tũc pla
nete sunt in his signis que tñ in vna
qualitate ꝯcordãt ꝛ in aliqua discor
dant. vt ♈ ꝛ ♊ ambo sunt signa ca
lida vnũ tñ est siccũ vt ♈ ꝛ aliud hu
midũ vt ♊. ¶ Scd̃s aspectus ẽ △
ꝛ est qñ planete distant ꝑ terciã par
tẽ circuli hoc est quatuor signa vt cũ
☉ est in ♈ ꝛ ☽ in ♌ ꝛ dr iste aspe-
ctus amicicie ꝛ ꝯcordie pfecte. Nõ
q̃a tũc planete sunt in his signis q̃ i
ambabus qualitatibus ꝯueniũt vt
♈ ꝛ ♌ ambo sunt signa calida ꝛ sic
ca. ¶ Tercius est aspectus □ ꝛ est
qñ planete distant per quartã ptem
circuli hoc est tria signa ꝯpletevt cũ
☉ ẽ i ♈ ꝛ ☽ i ♋ ꝛ dr iste aspectus ini
micicie ꝛ discordie impfecte. Nõ q̃a
tũc planete distant ꝑ signa que sunt
in naturis aduersa vt ♈ est calidũ
ꝛ siccũ ꝛ ♋ frigidũ ꝛ humidum: sed
q̃a nõ est directe ꝑ oppositã ptẽ zodi
aci tũc dr inimicicie ꝛ discordie im-
pfecte. ¶ Quartus aspectus ☍ Et
est qñ planete sunt in oppositis sig-
nis ꝛ distant ꝑ oppositũ ptẽ circuli.
vt cũ ☉ est in ♈ ꝛ ☽ in ♎ ꝛ dr aspe
ctuũ iste inimicicie ꝛ discordie pfe-
cte. Nõ q̃a talis aspectus fit directe
ꝑ oppositã ptẽ zodiaci. Oppositum
aũt est maxie inimicũ ꝛ aduersum.
¶ ☌ Aũt ꝓprie nõ dr aspectus. Nõ
q̃a aspectus est distãtia in ☌ aũt pla
nete nõ distãt. Est eñ ☌ cũ duo pla
nete sunt in eodẽ signo. i. sub eodem
signo g. m. zodiaci. Aspectus aũt du
plex ẽ quidẽ dexter: ꝛ quidẽ sinister.
Aspectus dexter fortior ẽ q̃z sinister
Aspectus dexter ☽ est ad planetam
qñ ☽ aspicit planetã post se ꝛ nume
ratur cõtra successionẽ signoꝝ ꝛ scri
bitur cũ cauda ad dextrã ptẽ sic △.
Sinister est qñ ☽ aspicit planetam
ante se ꝛ cõputat scd̃m successionez
signoꝝ ꝛ scribit cũ cauda ad sinistrã
ptẽ sic △. De fortitudine autẽ aspe
ctuũ quo ad mutationez aure dicet
in sequẽtibus.
¶ Ut clarius oĩa intelligant patz
sequens figura.



Differentia nona de inventiõe introitus ☉ in ♈ ⁊ alia signa cardinalia celi. Cũ introitũ ☉ i aequo dñ signoꝝ cardinaliũ scire volueris: Primo aspice in Almanach illius anni in quo intẽdis: quo die ☉ est in principio signi illius in cuius introitũ tpus scire desideras: ⁊ primo pdie imediate illũ precedẽtẽ verũ motũ ☉ in g. ⁊ m̃. ex Almanach recipias. Scdo subtrahe talẽ motũ ☉ ex Almanach receptũ de tot signis qd precedũt illud signũ in quod queris introitũ vt si vis in ♈ subtrahe de 12. signis. Si in ♋ subtrahe de tribus signis. si in ♎ de 6. si in ♑ a 9. sic em̃ relinquet lõgitudo ⁊ distãtia scd̃m q̃ ☉ distat a primo m̃. illius signi. Tercio de hinc motũ ☉ i vna hora inquire mõ vz cõi p portionez horariã. Quarto illã longitudinẽ ꝑuatã ptire p motum ☉ in vna hora: vtroqꝫ prius eoꝝ ad eandẽ reducto denoĩatiõnẽ vt in praribus astronomicis moris est: ⁊ pductũ post divisionẽ pactã horas ⁊ m̃. a meridie revolues seu introitus ☉ in illud signũ ⁊ minutũ indicat. Qd̃ si certificari vl̃ querẽ verũ locũ ☉ ad hoc to

ro:ũ tp̃is scꝫ ad diẽ horã ⁊ minutaꝫ.
⁊ inuenies optatũ ¶ Cõsideratio di
ligenter obseruanda hoc tp̃us qd̃ ex
motu extractũ est. inequatũ esse pro
batꝰ: quare addatꝰ sibi equatio dierũ
cũ noctibus gradui ☉ debita: ⁊ ad
illud tp̃us equatũ figura celi ꝯstitu
ta reuolutiõis figura dr̃. In quã pla
nete scd̃ꝫ vera ipoꝝ loca ꝑ tp̃e ineq̃-
to que sola locentꝰ.

DIfferẽtia 10.
de accidẽtibus pla
netarũ que in Al-
manach signantur
quoꝝ p̃mũ est ori
ẽtalitas: planeta nõ
dr̃ orientalis rõne situs: q scꝫ est ĩ p
te oriẽtali mũdi: nec dr̃ occidẽtalis:
q est in p̃te occidentali mũdi: sed o-
rientalitas ꝯuenit planetis ⁊ stellis
respectu ☉: planeta ergo orientalis
dr̃ quia oritꝰ mane añ ☉. Sed iste dr̃
occidentalis qui oritꝰ mane post ☉.
¶ Cõsideratio ¶ Planete tres sup̃io-
res sunt fortiores orientales quã oc
cidentales vt ♄ ♃ ⁊ ♂: ♀ aũt ⁊ ☿
cũ occidentales fuerint respectu ☉
fortiores sunt. Orientalitas ergo in
♄ ♃ ⁊ ♂ fortitudo est. Occidẽtali
tas aũt debilitas. In ♀ aũt ⁊ ☿ ori
entalitas debilitas est ⁊ occidẽtali-
tas fortitudo. ¶ Scd̃ꝫ accñs plane-
tarũ est ꝯbustio: vñ planeta ꝯbustus
dr̃ qñ est sub radijs ☉ ⁊ nõ apparet
tũc incipit ꝯburi qñ intrat in radios
☉: et cũ venerit ꝑpe ☉ infra 12. g.
dr̃ oppressus. Cũ aũt fuerit cũ ☉ in
eodẽ gradu ⁊ fuerit inter eũ 16. m̃.
vel infra planeta dr̃ vnitus vel incor
poratus ☉. Cũ aũt transierit hãc v-
nionem dr̃ esse in ꝯualescẽtia donec
sit liberatus a radijs ☉: ⁊ tunc dr̃ li
ber vel euasus. Est aũt ꝯbustio pla-
netarũ debilitas magna in planẽtis
nec sunt ꝯcatiões ꝑfecte ⁊ complete
queãdmodũ hõ infirmus non põt ꝑ
gere opa sibi attributa ⁊ d̃bita a na
tura. ¶ Terciũ accñs planetarũ est
latitudo: vñ planete q̃n̄qꝫ hñt latitu
dinẽ septẽtrionalẽ: q̃n̄qꝫ meridiona-
lẽ: q̃n̄qꝫ aũt nullã hñt latitudineꝫ vt
hoc in Almanach exp̃sse videtꝰ signa
tũ. ¶ Pro intelligentia huius accñtis
Sciendum q latitudo planete est
distantia planete a via ☉: vel linea
ecliptica: ☉ em̃ sp̃ mouetꝰ sub linea
ecliptica: vnde ⁊ ☉ nullam habet la
titudinem ꝑpter hoc maxime. quia
nõ habet epiciculum. Alij auteꝫ pla
nete habent latitudinẽ aliquãdo se
ptentrionalẽ: aliquando meridiona
lem. Zodiacus em̃ quia diuiditur in
12. g̃. scd̃m latitudinẽ planete rece-
dẽtes a linea ecliptica versus septẽ-
trionẽ possunt declinare ad sex gra-
dus: ⁊ ad meridieꝫ etiã ad sex gradꝰ
Cu ergo planeta declinat a linea e-
cliptica versus septentrionẽ: dicitur
habere latitudinẽ septẽtrionalẽ. Cũ
vero declinat a linea ecliptica ver-
sus meridiem, dicitꝰ habere latitudi
nẽ meridionalẽ. fortitudo aũt ĩ istis
est hec. Cũ em̃ planeta habet latitu-
dinem septentrionalem est fortior
quã cũ habet latitudinẽ meridiona
lẽ. Rationeꝫ huius assignat Guido
bonati in libro suo cõpleto p̃te p̃ria
cum loquitꝰ d̃ fortitudinibus plane
tarũ. Radius em̃ ꝑpẽdicularis aut
vicinius illi forcior ẽ radio obliquo
Cõstat aũt q planeta cũ est in latitu
dine septentrionali radiũ plus ꝑpẽ
dicularẽ habet in regionẽ nostraꝫ q̃ꝫ
cũ est in latitudine meridionali. q̃-
re concluditꝰ q planeta existẽs in la-
titudine septẽtrionali forcior est q̃ꝫ

planeta exñs in latitudie meridio-
nali. ¶ Quartū accñs planetarū ꝙ
planeta qñqȝ ē ascēdēs ī circulo suo:
qñqȝ descēdēs. Cū planeta ē ascēdes ī
circlo augis siue minor ē lumie: mi
nor magnitudie ⁊ minor motu vł ta
dior. Sȝ qñ planeta ē descēdēs ī cir
culo augis sue tūc ē maior lumine.
maior magnitudie: ⁊ maior motu ⁊
citi⁹ mouet᷑: pȝ hoc d̄ ☉ Cui⁹ aux ē ī
♋. Oppositū augis ī ♑ Lōgitudo
media ī ♈ ⁊ ♎. ē aūt aux maxīa eleua
tō planete a terra: ⁊ oppositū augis
ē maxīa appropiquatō ad terrā. sic sit'r
d̄ d̄ alijs planetis. ♄ augē hȝ in ♐ ♃
ī ♑ ♂ ī ♌. sic ⁊ ☽ aliqñ d̄ velox cur
su aliqñ tarda cursu. Cū mouet᷑ pl⁹
ꝙ 13. g. d̄ velox cursu: sȝ qñ min⁹ d̄
tarda cursu: ⁊ ☽ qñ tarda ē cursu apd̄
sapientes vocat᷑ motus ♄: ⁊ est vnū
impedimentū de 10. impedimētis.

Differētia 11. de alijs accñ
tib⁹ planetaꝝ q̄ ī Almana
ch signāt᷑ ⁊ īscribuūt᷑. ¶ Ac
cidens planetarum: pla
nete aliquādo sunt directi: aliqñ re-
trogradi: aliqñ stationarij. Direct⁹
d̄ qñ eius motus quottidie de sig-
no in signū: ⁊ gradu in gradū auget᷑
Retrogradus planeta d̄ qñ motus
planete quottidie decrescit ⁊ mino-
rat᷑. Stacionarius d̄ qñ eius mot⁹
nec auget᷑ nec decrescit: sed quasi v-
niformis manet. signat āt stacio pla
nete impedimēta in rebus agēdis.
sit'r retrogradatio. Directio āt pla
nete ꝑcat ꝯplemētū rei sine difficul
tate ⁊ impedimēto: Solū aūt qñqȝ
planete vt ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ directi et
stacionarij ⁊ retrogradi dicūt᷑. ☉ āt
ꝗa epiciclū nō habȝ nec accñtia ha-
bet. ☽ aūt licet epiciculū habeat. tñ
accñtia nō habet tm̄ vt dictuȝ est. ☽
aliqñ velox cursu aliqñ tarda cursu.
⁊ cū ☽ est velox cursu inquūt sapien
tes incipiēde sunt res que cito ꝯple
ri debēt. Cū vero ☽ est tarda cursu
prestat impedimentū rebus agen-
dis ¶ Sextū accñs planetarū est qñ
planeta est vacuus cursu ⁊ est maxīe
hoc in ☽. ☽ em̄ vacua cursu d̄ cū in
aliq̄ die nulli planetaꝝ cōmiscet᷑ nec
corpe nec aspectu ⁊ signat vacuitas
cursus rerū inceptarū: ꝙ res īcepte
ꝑgressuȝ nō habebūt ad finē ꝑinten
tū. vñ dicūt sapiētes astroꝝ ꝙ ☽ exi-
stente vacua cursu est dies q̄etis et
reqeij: in qua nō licet res aliqs inci-
pe ⁊ agere. Tñ de isto dictū inferius
cū dicet᷑ de diebus electis in rebus
humanis obseruādis. ¶ Septimuȝ
accñs planetarū ē impedimētū pla
nete: vñ īpedimēta planetaꝝ sūt 10.
⁊ maxīe hoc est in ☽ vñ inqt Maliha
pte vij. libri sui ꝯpleti autoritate an
tiqꝝ sapientū vt Dorothei ⁊ alioꝝ.
¶ j. est ꝯbustio vt p 12. g: añ ☉: ⁊ 12
p⁹ ☉ minoris tñ mali ē ꝯbustio po-
stꝙ añ. ¶ ij. qñ est in g. sui casus hoc ē
qñ ☽ est in 3. ♏. ¶ iij. qñ ē in ☍. ☉.
¶ iiij. qñ ē ꝯiūcta īfortunis corpal'r
vel aspectu malo vt □ vł ☍. ¶ v. qñ
ē in ☊ vł ☋ dracōis īfra 12. g. q̄ ē ter
min⁹ ⁊ locus eclipsis. ¶ vj. qñ ē ī vl-
tīs g. signoꝝ q̄ sūt termini planetaꝝ
īfortunatoꝝ ¶ vij qñ ē cadēs ab āgu
lis: vł qñ ē in via ꝯbusta q̄ ē finis ♎
⁊ iniciū signi ♏. ⁊ hoc ē ☽ īfortuniū
oib⁹ alijs deteri⁹ ⁊ maxīe in ꝯiugio ⁊
cātis mulieꝝ ī emēdo ⁊ vēdēdo ⁊ iti-
neribus. ¶ viij. qñ ☽ ē cū īfortunis.
vł qñ ē ꝯtraria dñi sue: vł qd̄ nō aspi
cit domū suā aliq̄ aspectu. ¶ ix. qñ ē
tardi mot⁹ quē sapiētes vocāt motū
♄ ⁊ ē qñ mouet᷑ vno die ⁊ nocte 12
g. aut min⁹. ¶ 10: īpedimētū ☽ ꝙ dt
messahalla ⁊ alij post eū qñ ☽ ē va-
cua cursu: hec īpedimēta sī sūt ☽ ꝓpe
tū etiā sunt alioꝝ planetaꝝ hec Ma

¶ Octauū accidēs qđ accidit plane
tis ⁊ marie ☉ ⁊ ☽ est ecclipsis vel đ
fectus. Cū em̄ ☉ ⁊ ☽ iūgūť directe
sub ecliptica sic ꝙ ☽ nō habet latitu
dinē necesse est eclipsim fieri ☉ to-
talem vel ꝑtialē: nō sic totalē ꝙ talis
eclipsis esset in toto mūdo. Sed sic
totalis in certis climatibus ⁊ regio
nibus. Cū aūt ☉ ⁊ ☽ opponūť sub e
cliptica sic ꝙ luna nō habet latitudi
nē: necesse est lunā eclipsari. tūc em̄
vmbra terre cadēs in ☽ abscindit lu
men a ☽ ⁊ fit eclipsis ☽ ꝑtialis vel
totalis. Cū est totalis apparet in to
to mūdo licet successiue. Nō fit aūt
eclipsis in alijs planetis vel etiā in-
ferioribꝰ vt ♀ ⁊ ☿ Quia vmbra tūc
nō pōt extendi vsq; ad speras eoꝝ. đ
eclipsibus tn̄ diceť inferius.

Differentia duodecima de
ortu ⁊ occasu stellarū scđz
autoris sume angelicane
sententiā dis. x. cap. xij. in q̄
rū ortu ⁊ occasu fit aeris variatio et
mutatio. ¶ September. prima die
septembris oriť stella que đr custos
plaustri: ⁊ mutať aer in septē horis.
septimo die septembris apparet e-
quus vesꝑtinus: ⁊ mutať aer ad vē
tū. 13 die apparet Arcturus ⁊ muta
tur aer. Die crastina in illius die sp
ica apparet. 25 die Alphorath ⁊ fa-
cit aeris turbationē. ¶ October 6.
die octobris apparet Corona 7. die
Hedij vesꝑtini ⁊ tunc fit magna ae
ris turbatio. 23 die pliades ⁊ fit ae
ris turbatio magna. ¶ Nouember
6. die nouembris incipit aer obscu-
rari. 14 die Lyra apparet. 21 corona
⁊ mutať aer. ¶ Decēber. prima die
decēbris fit magna turbatio aeris.
Sirius circa quartā diē ⁊ vt in pluri-
mū aeris turbatio resolutio ⁊ muta
tio. 10 die Hedij mutationē faciūt
21 Aq̄la ⁊ orion apparet ⁊ fit aeris
turbatio. ¶ Jannariꝰ. 4 die Delphi-
nus apparet 5. die Cethus vesꝑtinꝰ
25 Aquila ⁊ cor ♌ occidit ⁊ turbať
aer. 3 diebus. 28 Delphinus vesꝑti
nus ⁊ mutať aer. ¶ Februariꝰ 6 die
flat Zephirus 22. Equus vesꝑtinus
turbationē facit. 23 die arcturus ap
paret. 25 die chilos. 28 die Lyra ap-
paret ⁊ facit aeris turbationē.
¶ Marcius 5. die marcij Cetus ap-
paret. 6 die Jlion. 9 Orion fit aeris
turbatio. 18 die Eridanus. 21 die E
quus ⁊ fit turbatio aeris. ¶ Aprilis
prima die aprilis Uergilie apparēt
21 die pleiades ⁊ fit aeris turbatio.
27 die Orion vesꝑtinus. ⁊ fit aeris
mutatio ad 20 horas diei. ¶ Maiꝰ
prima die maij Hyades vł Lyra ap
paret. 7 die Eridanꝰ ⁊ mutať aer ni-
mis. Jn 17 die obscurať aer. 19 die
mutať aer ⁊ incipit 2. diebus an̄. 24
die fit aeris mutatio ⁊ incipit die p̄
cedenti. ¶ Junius 2. die Junij Aq̄-
la vesꝑtina apparet 5. die Arcturus
9. die Delphinus vesꝑtinus. 11 die
Orion. ¶ Julius 2. die iulij ē aeris
mutatio. 18 die sirius ⁊ mutať aer. 22
die Julij grandis fit aeris mutatio.
¶ Augustꝰ 15. die augusti Lyra ap-
paret ⁊ mutať aer. 19 Delphinꝰ ap
parent. 28 die aer turbať. Has ↄsi-
deratiōes ortus ⁊ occasus stellarū.
Jnquit Autor sume Anglicane lo-
co preallegato. Posuit Ptho. non
ille qui librū Almagesti fecit sed a
lius q̇dē rex Egipti qui etiā Ptho.
noīabať. hec ille. Hee sūt đrītie 12
huius tractatuli q̇bus ꝓspectis erit
introductio magna in đclaratiōe eoꝝ
q̄ Almanach īscribūť sine em̄ his nō
pōt almanach īterꝓtatio haberi. ad
plenūq; nūc sequūť ꝛ̄solute ⁊ disticte

Differentie tredecime.

Differentia 13. intelligentiā eoꝝ ostendēs que Almanach veroꝝ motuū inscribunt. Inprimis hoc intelligendū est ꝙ Almanach caldaice: latine ꝑcat tpale. Est eñ Almanach collectio ꝛ cōscriptio veroꝝ motuū planetarū septē aspectuū ꝛ latitudinuꝫ ipsoꝝ. Alioꝛūq; accñtiū planetaruꝫ. ꝛ stellarū ꝑ circulū anni durans. Incipit aūt huius Almanach vsus prima die Januarij ꝑ singulos menses visuales vsq; ad finē anni discurrēs. a magistro aūt Joanne de monte regio Almanach vocat veroꝝ motuū planetarū. Noīatur Ephemeridies grece duplici interꝑtatiōe. Primo dr ephemerides grece ab epi qđ ē supra ꝛ meros dies quasi additio diej sup diē: q̄a hic motus vnius diej semꝑ sequit ꝛ super addat motui alterius diej sine interruptiōe ꝛ itercisiōe. Scđo dr ephemerides ab epi ꝙ est supra ꝛ meridies quasi cōtinens motū planetarū ad meridiem vel supra meridiē: Oīs eñ mot⁹ planetarū hic inquirūtur ꝛ calculantur ad meridiē mō astronomico qui horas suas ex prari calculatas a meridie ꝯputāt. eo ꝙ meridies ē ps diej nobilior. ꝛ planete ꝛ stelle cuꝫ in meridie sunt siue in medio celi eoꝝ influxus ꝛ virtus ī hec inferiora diffusa est fortior. eo ꝙ tūc plus vicinat linee ꝑpendiculari que fortissima ē q̄ in alijs locis celi.

Interpretatio eoꝝ que in Almanach veroꝝ motuū planetarū inscribunt. Inprimis in prima ꝑte folij offert se ann⁹ xpi currēs ad quē spectat Almanach. Scđo offert se aureus numerus. Ciclus ☉. Littera dñicalis. Judicio. Interuallū: ꝛ festoꝝ mobiliū principiū: in quib⁹ diebus mensiū debeant obseruari que res ad vsum eccl'ie ꝑtinēt ꝛ spectāt. Tercio si eodē anno eclipsis ☉ vel ☽ eueniet annotat: ꝛ quo die mensis: qua etiā hora ꝛ minuta a meridie illius diej ꝯputando talis eclipsis erit videbis q̄ dimidiā durationē in horis ꝛ minutis: intelligas puncta etiaꝫ ecliptica: si eclipsis ꝑtialis fuerit cū eius descriptione apparebūt. si eñ eclipsis tam ☉ q̄ ☽ totalis erit nullū punctū eclipticū inuenies: sed eclipsim totalē intellige ꝛ tota figuratio nigra erit: si aūt ꝑtiat fuerit eclipsis figuratio nō tota nigra apparebit. Est aūt dimidia duratio eclipsis tꝑus a principio eclipsis vsq; ad mediū: vel a medio vsq; in finem eclipsis. Pūcta aūt ecliptica siue digiti ecliptici sunt ꝑtes xij. d dyametro. ☉ vel ☽. diuidēdo eñ dyametrū ☉ vel ☽ in xij. ꝑtes q̄lib; ps de illis xij. dr pūctus eclipticus vel digitus eclipticus. ¶ Quarto retrogradatiōes planetarū q̄nq; scꝫ ♄ ♃ ♂: ♀ ꝛ ☿ in eoꝝ principijs ꝛ finib⁹ ꝛ in quo mense: ꝛ q̄bus diebus illi⁹ mensis aliquis planeta retrogradat aspicit. Inter oēs aūt planetas nullus planeta freq̄ētius retrogradat nisi ☿: vt aūt melius noscerēt retrogradatiōes planetarū quīq; possent in Almanach rubeo colore describi sic eñ facilius retrogradatiōes planetarū quīq; noscent. ¶ Quito verso folio in prima ꝑte folij in primis litteras dierū inuenies ex septē litteris Alphabeti primas scꝫ A b c d e f g. Quarū vna dñicū designat diem.

Et alie alios dies post dñicā sequē-
tes ondūt: post has litteras dñicales
se quūt noīa festoꝝ quoꝝ festiuitates
in aliquo mense celebrant. ¶ Sexto
ponit numeros dies visuales mens
alicuius representantes qui numeri
31. nō excedūt. Nullus eñ mensis
plures dies naturales habet ꝙ 31.
nec pauciores ꝙ 28. in anno cōi: licz
in anno bisextili 29. habeat dies.

¶ Septimo octo colūnule describū
tur distincte: quarū prima continet
verū motū ☉. Scda ☽. Tercia ♄.
Quarta ♃. Quinta ♂. sexta ♀. se-
ptima ☿. octaua ꝛ vltima verū mo-
tum capitis draconis. Habet autez
quelibet columnella duplicē nume
rum g. ꝛ m. que signatura g. ꝛ m. su-
pra numerū motū ostendit. Cuius
autē planete sit quelibet columnu-
la caracter ꝛ signum cuiuslibet plane
te in superiori parte descriptus ad
sensum ostendatur. Sub caracteri-
bus planetarū aspiciunt signa ꝛ ca-
racteres signorū zodiaci. In quibus
signis aliquis planeta mouet ꝛ dis-
currit hec omīa ad oculū apparēt
Oīs aūt motus in Almanach de
scripti: mot⁹ sunt planetarū ad me-
ridiē alicuius dieī calculati: qm̄ di-
es iuxta Astronomicā ꝯputationez
a meridie incipit vt sepius prius ex
pressum est. ¶ Octauo. In qnqꝫ pla
netarū ♄ ♃ ♂ ♀ ꝛ ☿ columnulis
ī summitate has quatuor litteras M
S. D. A. descriptas inuenies q̄ ac-
cidentia quinqꝫ planetarū ostendūt
M. ꝛ S. latitudinē planetarū desig
nant. M. latitudinem meridiona-
lem. ꝛ S. latitudinē septentrionalē
A. aūt ꝛ D. ascensionē vel descensio
nem planetarum ī suis circulis ma-
nifestant. A planetā ascendentē de-
signat. D vero planetam descendē-
tem in suo circulo ostendit. de qui-
bus accidentibus planetarū dictuz
est ante in drīa 10. sufficienter.

In altera pte folij ant cha
rte. Imprimis numerus
dierū cuiuslibꝫ mensis: ꝙ
scz dies visuales habeat in
scribitur: quemadmodū etiā in pri-
ma parte folij ostensum est. In 6. co
lumnullis sequentibus aspectus ☽
ad ☉ ꝛ reliquos quinqꝫ planetas scz
♄ ♃ ♂ ♀ ꝛ ☿ describuntur suisqꝫ
ꝓprijs notis ꝛ figuris presignantur
quibus aspectibus: ꝛ hore quibus
a meridie eueniunt adiunguntur.
Cōiunctiones tñ ☉ ꝛ ☽ ꝛ eorū op-
positiones nō solum in horis sed et
minutis quibus post meridiem ali
cui⁹ dieī cōtigūt ondūt: superi⁹ aūt
in columnellis aspectus cuiuslibet
planete ꝓprius inscribitur caracter
qui aspectū habeat ad ☽ Deinde et
☌ ꝛ ☍ ☽ cū ☊ draconis aspiciunt.
In fine huius folij aspectus plane-
tarū ☌ ꝛ ☍ eoꝝ in semetipsos adiū
guntur quo scilicet die talis ☌ vł ☍
vel aspectus iuxta motus eoꝝ veros
euenit. Ultimo in supior pte huius
folij Orientalitas ꝛ Occidētalitas
planetarū inscribitur que duo pla-
netis in habitudine ad ☉ vt dictuz
est ante in drīa 10. attribuūt. Pro
cōplemento autē huius Almanach
planetarū latitudines addēde essēt
an scz planeta latitudinē septentrio
nalē: aut meridionalē: aut nullā que
res ad sciēdū est vtilis ꝛ ad aure mu
tationē cognoscendā necessaria ꝛ ac
comodata Magister tñ Ioānes de
mōte regio eas addere nō curauit.
Quid aūt aspectus designat in hoc
mūdo de mutatiōe aure ꝛ tpm in se
quētibus explicabitur drījs.

Differentie 14.

Caracteres ⁊ figure duodecim signorū zodiaci septem planetarū ⁊ aspectuū sunt hoc modo figurati.

♈	Aries	♌	Leo	♐	Sagitari⁹. ❡ Caracteres aspectuū
♉	Thaurus.	♍	Virgo	♑	Capricorn⁹ ✱ Sextilis △ Trinus
♊	Gemini.	♎	Libra	♒	Aquarius □ Quart⁹. ☌ Cōiūctio
♋	Cancer	♏	Scorpio.	♓	Pisces ☍ Oppositio.

Caracteres planetarū.

♄	Saturnus.	☉	Sol	☽	Luna
♃	Jupiter	♀	Venus	☊	Caput dracōis
♂	Mars	☿	Mercurius	☋	Cauda draconis.

❡ Ordo aspectuū in bonitate.	❡ Ordo aspectuū in malicia.
☌ bonorū. ☌ ♂ ♃ Optima.	☌ malorū. ☌ ♄ ♂ Pessima.
□ △ ✱ minoris bonitatis. ☍	☍ Eorū minus
✱ □ ☍ iterū minoris	□ ✱ □ ✱ aūt ⁊ △ min⁹ ē mala
☍ ☌ ☍ ♄ ♃ magnarū rerū in hoc mūdo alterationē ƥcant.	

Differentia 14 de reductiōe eclipsium ☌ ⁊ ☍ ad quēlibet meridianū et quō inueniat̃ mot⁹ planetarū adquam cunq̧ hora post meridiē ad quā rez sciendū requirit̃ tabula regionū. Cū apud omēs hoīes ortū ☉ ⁊ stellarū in equaliē esse in tpe ɔstat: cici⁹ em̄ oritur ☉ orientalibus q̄ occidentalibus: vnn ⁊ meridianus variat̃: vn̄ hij qui in ciuitate habitant Craconiensi p vnā integrā horam cicius habēt ortū ☉ ⁊ occasuz ⁊ excōsequēti meridianū q̄ hij qui habitant in Tholeto in hispania ad cuius meridianuz rectificati sunt tabule Illustris Alphonsi Romanorū ⁊ castelle regis. Diuiditur itaq̧ huius dr̄ntie summa in tres ptes.

Prima pars huius dr̄ntie est de reductione eclipsiuz ☌ ☉ ⁊ ☽ ⁊ ☍ ad quēlibet meridianū vt placuerit. Modus aūt illius reductiōis eclipsiū ☌ ⁊ ☍ est iste. Cum itaq̧ quis reducere voluerit tpus eclipsiū ☌ ⁊ ☍ ad suū meridianum. ❡ Primo habeat tabulaz regionuz in qua notabiliores puincie ⁊ ciuitates in nostra Europa describuntur. ❡ Scd̄o optet intrare ad eādē tabulam regionū ⁊ querere nomen habitatiōis sue: si illic scriptū sit aut loci viciniōris. ❡ Tercio numerū ex opposito regiōis tue vel ciuitatis accipe in horis cū suo titulo M. vel A. ❡ Quarto qd̄ ex opposi o tue regionis vl̄ ciuitatis inuenisti hoc adde vel subtrahe ab horis ⁊ minutis eclipsim vel ☌ vel ☍ signatis in Almanach ⁊ patebit tibi tpus eclipsis ☌ aut ☍ ad regionē tuā vel cuiuslibet ex illa. Cū vis reducere aliquā eclipsim vel ☌ ☉ aut ☽ vel ☍ ad meridianū ciuitatis Cracouieñ. Intra ad tabulā regionū ⁊ ex opposito Craconie inuenies o in horis 56. in m̄. Cū titulo a debes ergo hoc addere ad tpus eclipsis ☌ vel ☍ signatum in Almanach magistri Joānis ꝺ mōte regio.

¶ Cōsideratio diligenter attenden
da in tabula regionū circa Almana
ch magistri Joānis de monte regio
ponūt ex opposito regiōis vł civita
tis duplices numeri. Primo ponit
primus numerus in horis ⁊ minu-
tis: circa quē ponūtur tituli M. ⁊ A
m. subtractionē signat A. additionē
⁊ hij numeri necessarij sunt ꝑpter re
ductionē alicuius eclipsis ☌ vel ☍
signate in Almanach magistri Joā
nis de monte regio ad meridianum
loci alicuius cogniti vt ex opposito
Cracovie ponit o. h. 56. m. Cū titu
lo A. ponit etiā postea numerus m̄.
solū ī fine tabule regionū circa quez
ponit iterū titulus A. vel M. vt ex
opposito Cracovie ponunt minuta
22. cū titulo M. q̄ M. subtrahi aut
addi debent ad motū ☽ ī Almana-
ch aliquo die ī scripto ⁊ habebis mo
tū lune illo die ad meridianū tuum
Nō em̄ equaliter habet se mot9 ☽
ad om̄es ꝑvincias ⁊ regiōes: qm̄ a-
lie sunt radices motuū sup vna civi
tate q̄ȝ sup alia licet aliqn̄ parva est
differentia. ☉ aūt ⁊ alij planete ꝑp
ter tarditatē motus eoꝝ hanc preci
sionē nō indigēt. sed luna tm̄ ꝑpter
motus sui velocitatem.

Secūda pars dn̄tie docet verū
motū planetarū ad alias ho-
ras quā ad meridiē invenire vt dua
bus horis post meridiē aut iiij. ⁊ ma
xie in ☽ cuius motus est velocior.
¶ Cū motum ☽ post meridiē ad ali
quā horā invenire volueris. Prio
duos motus in Almanach signatos
accipe ⁊ minorē a maiori subtrahe.
dn̄tiāq̄ȝ inventū cōsidera. Scdo ex
hac dn̄tia portionē horariā. i. quan
tū vni hore de illa dn̄tia correspon
deat inquire: hāc aūt dn̄tiam sic re
duces ad portionē horariā: Gradus
dn̄e in primis reduc ad minuta mul-
tiplicando illos gradus p 60. ⁊ m̄. d
illa dn̄tia adde ad m̄. que ex multi-
catiōe ꝑvenient. Deīde tercio illud
totū in minutis divide p 24. ⁊ in q̊-
tiente venīūt m̄. quot m̄. ☽ movet.
in vna hora. ¶ Quarto si q̄d in resi-
duo manserit illud resolue in mino
rem fractionē vcȝ in scda: multipli-
cando p 60. qd ꝑductū divide p 24.
⁊ ꝑdibit in quociēte porcio horaria
☽ in scdis. ¶ Quinto si aliq̄d aduc
relictū fuerit iterū multiplica p 60.
⁊ ꝑductū p 24. ptire ⁊ habebis in q̊
ciēte terciā portionis horariā ☽ cor
respondēte. ¶ Sexto illud totū ī m̄
scdis: tercis duc quodlibet seorsum
in tpus tuū ꝑpositū. ad qd verū mo
tū ☽ post meridiē scire desideras: ⁊
ptē ꝑportionalē adde ad motū lune
in meridie ex Almanach receptū: ⁊
ꝑdibit verissimus motus planete
ꝑ tpe tuo ꝑposito. ¶ Septima quo
ciēs excreverint 60. m̄. ex additione
porciōis horarie ad motū lune ī me
ridie tociēs subtraxeris vł abiectis
60. addex. ad g. quos luna habuerit
in meridie. Sic eodē mō facere pos
sumus in motibus alioꝝ planetarū
si eoꝝ motus aliqua hora post meri
diē scire vellemus: sed hoc nō est ne
cesse q̄a eoꝝ motus sunt tardiores
q̄ȝ motus lune. ¶ Octava ⁊ vltima
si ī alijs planetis porcionē querim9
horariaȝ ipa inventa debet addi ad
motū planete in meridie: si planeta
directus fuerit: si aūt planeta retro
gradus esset debet subtrahi tał por
tio horaria a motu planete in meri
die tociēs ad qd horas quis vellet
habere motū talis planete hoc tū nō
est valde necessariū in alijs planetis

quia semꝑ ꝑ vnā diē ad minus ceteri planete manent in eodē gradu vt iferiores vt ☉ ☿ ⁊ ♀ licꝫ suꝑiores. vt ♄ ♃ ♂ pluribus diebus in eodē manent gradu

Tercia pars drītie docet inuenire verū motū Lune ad meridiem vulgarem quo scꝫ sol meridianū possidet ad quē claudunť dies apparentes aūt inequales. Pro huius ptis intelligentia: sciendū est ꝙ dies sunt duplices equales ⁊ iequales. Equales sunt ad quos astronomi motus planetarū calculant: q̄a tales dies in suis suppotatiōib⁹ supponūt. Est aūt dies equalis tꝑs quo totus equinoctialis cū 59. m̄. 8. scd̄is reuoluiť. Dies aūt inequalis est tꝑs quo sol a meridie recedens ad ip̄m reuertiť. Principiū scd̄e dieꝝ vocať meridies vulgaris: ita ꝙ meridies vulgaris sit tꝑus illud quo sol tangit meridiem: ⁊ diciť vulgaris quia vulgari tūc incipiūt meridiē. principiū vero prime diei vocať meridies equatus seu diei equate: ⁊ ad talem meridiē: motus em̄ oīm planetaruꝫ in Almanach sunt calculati. Joānis vero d̄ monte regio per tabulā lune in suo Almanach positā docet inuenire motū lune ad meridiē vulgarē ad quē terminātur dies scd̄ꝫ ꝯputationē astronomicaꝫ: ⁊ ē modus iste. Primo scias verū motū solis ī gradibus ⁊ signis Scd̄o Cū verū motū solis intrabis ad tabellaꝫ lune infra scriptam: ⁊ ex opposito gradus illi⁹ in quo est inuenies vel viciniorem respectu ad signū ☉ accipies numerū ⁊ illuꝫ subtrahe a motu ☽ hic in Almanach signatum ⁊ patebit tibi verus motus Lune sole occupāte meridiē: vel mediū celi: praxis ē facilis ideo exemplo nō indiget.

Tabella aūt lune est ista in qua īueniūť m̄. subtrahēda a motu ☽ ī Almanach signatū.

¶ Tabula Lune ꝑ vero motu ☽ ad meridiem vulgarem inueniendū.

G.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
0	4	9	10	8	6	8	13	16	15	8	2	0
2	4	9	10	8	6	8	13	16	14	8	1	0
4	5	9	10	8	6	8	13	16	14	7	1	0
6	5	9	10	8	6	9	13	16	14	7	1	1
8	5	10	10	7	6	9	14	16	13	6	1	1
10	6	10	10	7	6	9	14	16	13	6	0	1
12	6	10	10	7	6	9	14	16	13	5	0	1
14	6	10	10	7	6	10	15	16	12	5	0	1
16	7	10	10	7	6	10	15	16	12	4	0	2
18	7	10	9	6	6	10	15	16	11	4	0	2
20	7	10	9	6	7	11	15	16	11	3	0	2
22	8	10	9	6	7	11	16	16	10	3	0	3
24	8	10	9	6	7	11	16	16	10	3	0	3
26	8	10	9	6	7	12	16	15	9	2	0	3
28	8	10	8	6	7	12	16	15	9	2	0	4
30	9	10	8	6	8	13	16	15	8	2	0	4

Differentia. 15

de naturis septem planetarū ⁊ q̄d mēbrꝫ in corꝑe hoīs regunt ⁊ dirigunt Ptho Claudius. oīm sapientū in scientia astroꝝ princeps in libro suo iiij. pciū ꝑte prima cap. iiij. Naturas septē planetarum pulcre describit. Cetericꝫ astrorum magistri: que menbra quilibet planeta regit gubernat ⁊ dirigit ondūť Propter cōplementū huius cōpēdij vtile visum est tales naturas planetarū cognoscere ☉ vita est oīm ꝑ eius lumen omibus influit suꝑioribus ⁊ inferioribus. Est em̄ cādela ⁊ lumen vniuersi calidus est ⁊ siccus nō tn̄ lesiue cū nocumēto queadmodū ♂ ex membris hoīm habet cere

rū:neruos:oculū dextrū. Vñ cū ☉
gēitura hoīs iungitur stellis nebu
osis maxīe pliadibus:natus iste no
cumētū pacietur visus ꝛ maxīe in o
culo dextro:habet etiā ☉ gnāliter
partes oēs dextras viuentiū. Ei⁹
virtus est in corde:eo ꝙ sub eius in-
fluxu ꝛ regimine in quarto mēse da
tur homī aīa que est in corde. Est eti
am ☉ planeta masculinus ꝛ mascu
loꝝ fcator. Luna ē frigida ꝛ humi-
da planeta pluij ꝛ roris ꝛ maxīe i si-
gnis aquaticis discurrens:habet o-
culum in homine sinistrū. vnde ꝛ ip
sa ꝯiūcta stellis nebulosis ꝛ maxime
pliadibus in genitura hominis no-
cumentū oculi sinistri designat. ha-
bet ventrem:stomachū:epar ꝛ virtu
tē naturalē:habet ꝙ gnāliter ptes si
nistras inuiuentibus ꝛ animalibus
¶ ♄ nature humane est inimicus.
frigidus ꝛ siccus:maliuolus ꝛ īfor-
tuna maior. Ex mēbris hominis au
rē dextrā:splenem melancoliā:vesi-
cam viri ꝛ mulieris. ¶ ♃ est fortu-
na maior planeta salutis ꝛ vbertatis
calidus ꝛ humidus In menbris cor
dis habet pulmonē. costas carthala
ginē ꝛ sperma viri. ¶ ♂ est infortu-
na maior. calidus ꝛ siccus excessiue
est dñs colere ꝛ ire latrocinij ꝛ effu-
siōis sanguinis:habet aurē sinistrā
¶ ♀ est fortuna minor planeta femi
neus:dominiū habēs in rebus ꝛ or
namentis mulierū est frigida ꝛ hu-
mida. Cū in signis fuerit aquaticis
facit aure humiditatē multā maxīe
retrogradā in ♓ ex mēbris hominis
habet spinā dorsi: nates ꝛ lumbos
pectinem loca ptus ꝛ libidinis.
¶ ☿ Cōuertibilis est nature cū bo-
nis bonus cū malis siīr malus. Est
planeta memorie eius est lingua fel
est planeta eloqūtie:sapiētie ꝛ nu-
meroꝝ. Est planeta discretiōis ꝛ stu
dij Astronomie.

Differentia 16
de naturis 12. sig
noꝝ ꝛ q̄ mēbra as-
piciunt ex corpore
hominis nō est du
bium 12 signa celi
ad animalia in hoc mundo inferiori
esse relata ꝛ ptiū humani corpis ha
bere dominiū qd ꝛ arte ꝛ expientia
ab antiquis stellarū ꝯsideratoribus
ab vna generatiōe in aliā est exper-
tū. Unde ꝛ Ptholo. in libro centuꝫ
verboꝝ verb̄ o xx. īquit. Luna existē-
te in signo alicuius mēbri illud mē
brum ferro tangere verendū est et
timendū. Ad huius itaꝗ rei sciētiā
prisci stellarū obseruatores has in-
fra scriptas ostendunt 12. signoꝝ na
turas ¶ ♈ ♌ ♐ sunt signa triplici-
tatis ignee:calide ꝛ sicce nature ma
sculina:colerica ꝛ orientalia. Unde
cū in illis fit aliqua cōfiguratio ma
gna:sequit̄ inde siccitas aeris ī esta
te ꝛ temparamētū in hyeme Respi
cit aūt ♈ caput. ♌ dorsum ꝛ latera
♐ coxas. Vñ ꝛ ☽ exñte in ♈ ledere
caput ferro est piculosuꝫ vt infra la
cius dicet̄. cū dicet̄ de minutiōe san
guinis. ¶ ♊ ♎ ♒ sunt signa tripli
citatis aeree:calida ꝛ hūida: mascu
lina diurna sanguinea ꝛ occidētalis
♊ ex mēbris hoīs habet brachia et
manus ♎ vmbilicū lūbos ꝛ inferio
ra ventris ♒ crura. ¶ ♋ ♏ ♓ sunt
signa triplicitatis aque frigida ꝛ hu
mida:feminea nocturna flegmatica
ꝛ septētrionalia. ex mēbris hominis
♋ habet pect⁹:stomachū ꝛ pulmo-
nē: ♏ pudēda. ♓ pedes. Vñ ꝛ ☽ in
his signis aquaticis discurrēte hu-

miditatē facit aeris ⁊ pluuiā. Unde
etiā Mali ī libro suo ꝯpleto pte viij
ostendit. Quod cū ♀ ⁊ ☿ in vere ī
signo ♓ fuerint ⁊ maxie retrogradi
Uer illius anni humidum ⁊ pluuio
sum erit. ♉ ♍ ♑ sunt signa triplici
tatis terre frigida ⁊ sicca feminea:
nocturna melancolica ⁊ meridiona
lia ♉ ex mēbris hominis habet col
lum. Uñ ⁊ ♄ existente in ♉ fiunt in
firmitates colli multe. Juxta sentē
ciam Albumazaris in libro magna-
rū ꝯiunctionū: squinantie ⁊ colli īfla
ture ⁊ apostemata. ♍ habet ventrē
⁊ viscera. Unde ♂ in ♍ existēte ge-
neratur frequenter colica ⁊ intesti-
norum dolor acutus. ♑ habet genu
a vnde ♄ in ♑ existente generatur
inflatura in genub⁹ ⁊ morbi nociui.

DIfferentia decimaseptiā.
de stellis fixis ī 12. signis
verificatis que mutatio-
nē aure p applicationē ☉
⁊ auoru planetaꝝ īducūt et efficiūt.
¶ Mirach. i. vmbilicus andromide
in 22. g̃. s̃. ♈ de nata ♀ ⁊ ☿ ¶ Sche
der. i. pect⁹ cassepie ⁊ alij dicūt Cas-
siopie in 29. g̃. ♈. de natra ♄ ⁊ ♀.
¶ Caput algol qd̕ ⁊ dr̕ caput dyabo
li 18. g̃. ♉ de natura ♄ ⁊ ♃: Cū ī ali
qua genita ē ī 10. domo ille hō trun
cabit capite. ¶ Pliades in 22. ♉ d̕
nata. ♂ ⁊ ☽ ¶ Aldeboran in 1. g̃. ♊
d̕ na. ♂ ⁊ ♀ ¶ Algumeiza. i. canis m
aior in 6. g̃: ♋ d̕ natura ♀ stella illa
dr̕ alhabor ¶ Caballezeth. i. cor ♌ in
21. g̃. ♌ d̕ na ♃ ⁊ ♂ ¶ Benenā. i. cau
da vrsi maioris 7. g̃. ♎ d̕. na ♄ ⁊ ♂
¶ Ala dex: corui ī. 7. g̃. ♎ de n: ♄ ⁊ ♂
¶ Almarech hoc est spica xpi in 15 g̃
♎ de natura ♀ ⁊ ☿ ¶ Elpheta in 4
g̃. ♏. d̕ nata ♀ ⁊ ♂. ¶ Cabalbatra. i
cor ♏ in. 3 g̃. ♐ de na: ♃ ⁊ ♂. ¶ De
nebachob. i. cauda ♑ in 16. g̃. ♒. de
na: ♄ ⁊ ☿. ¶ fomahant. i. postremū
fusiōis aq̃. in 20. g̃. ♒. ¶ Marcab al-
pherā. i. humer⁹ equi. in 3. g̃. ♓. de
na. ♂ ⁊ ♃ ¶ Scheat alferā. i. crus e
qui in 21. g̃. ♓. de nat: ♂ ⁊ ♃. Hee
sunt stelle verificate p magistrū Jo
annē de mōte regio: que cū ꝯiūgūn
tur planetis variatiōes ⁊ mutatiōes
in hoc mūdo efficiūt inferiori quin-
imo nō solū ☌ sed ⁊ aspectus:

DIfferentia 18. de scientia
mutatiōe aure scd̕m oriē-
talitatē ⁊ occidentalitatē
planetarū stationez ⁊ eoꝝ
ꝯbustionē scd̕m 12. signoꝝ zodiaci.
eorundē planetaꝝ presentiā ⁊ diui-
dit hec drīa ī 12. v̕ba scd̕z 12: signoꝝ
numeꝝ ¶ Uerbū primū d̕ p̃ntia pla
netarū in ♈. Magnus ille Albuma
zar in libro magnarū ☌ ꝯcatiōes de
scribēs planetaꝝ oñdit q̃d planete ī
mutatiōe aure efficiūt ꝯm eoꝝ ī 12 s̃
p̃ntiā. Jnq̃t eñ ♄ cū sub radijs ☉ fu
erit hoc ē cū ē ꝯbust⁹ facit aeris tene
brositates nubiū grossarū ascēsuz et
aure turbationē in infirmitatib⁹ tā
hoīm signat flux⁹ reumatū ex humo
re frigido vesptin⁹ hoc ē occidētal̕
signat vētos frigidos: Orīētal̕ aūt.
vl̕ matutinal̕ bone aure dispositiōz
